HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

# PROF. HEINRICH WIEDEBURG

| | |
|---|---|
| Fakultät | Theologische Fakultät |
| Geboren | 1641 in Goslar |
| Gestorben | 1696 in Helmstedt |
| Kurzvita | Phil. Prof. d. Metaphysik in Helmstedt (1673–1675); Phil. Prof. d. Logik in Helmstedt (1675–1691); Theol. o. Prof. in Helmstedt (1691–1696); |
| Studium in Helmstedt | Immatrikulation in Helmstedt: Henricus Wiedeburg Goslariensis (21.09.1654) |
| Ehefrauen | Anna Margareta Wiedeburg geborene Hornejus (11.10.1658–11.03.1690), Heirat 1677 |
| Quelle | Ahrens 2004, S. 253 |
| GND | https://d-nb.info/gnd/121102424 |
| Permalink | https://uni-helmstedt.hab.de/prof-242-wiedeburg |

### Lehrstühle

1673–1675 Lehrstuhl für Metaphysik, Helmstedt

1675–1691 Lehrstuhl für Logik, Helmstedt

1691–1696 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

### Akademische Ämter

1685–1686: Universität Helmstedt, Prorektor

### Vorlesungen (109)

Henricvs Wideburgivs Metaphysicas praelectiones ea, qua coepit, ratione continuabit, ut & fundamenta ipsa ex Aristotele optimisque ejusdem interpretibus solide tradat, & praecipuas controversias dextre expediat. His adjiciet disputationes publicas, quibus universam hanc doctrinam cum Auditoribus suis repetet. [...] Docet hora octava, Sommersemester 1674

[...] Privatim ejusdem Philosophiae praecepta selctiora, quae omnibus omnium disciplinarum Studiosis scitu maxime sunt necessaria, proponet: nec opteram denegabit iis, qui in alio quodam sapientiae genere eandem efflagitabunt., Sommersemester 1674

Henricvs Wideburgivs publicis praelectionibus utilissimam de Causis doctrinam jam proponet, qua ad finem perducta ad alia progredietur, quae ratione docendi hodie usitata in Metaphysica tradi solent. Lectionibus his publicas junget disputationes nuper coeptas, quas omni, qua licebit, industria continuabit. [...], Wintersemester 1674/1675

[...] In Auditorio privato ejusdem disciplinae praecepta scitu maxime necessaria tradit, & simul in arte ratiocinandi explicanda ad doctrinam de Syllogismo progressus est: qua absoluta quae ad rectam demonstrandi rationem pertinent, perspicue proponet. Non deerit etiam aliis, qui operam ejus veljam efflagitarum, vel deinceps sunt desideraturi., Wintersemester 1674/1675

Henricvs Wideburgivs publice interpretatur libros priorum Analyticorum Aristotelis: qua opera ad finem perducta, antequam ad posteriorum libros pedem proferat, secundum genuinas docendi discendique prudentiae leges Aristotelicam philosophandi rationem cum aliis, tum veterum, tum

imprimis recentiorum sectis comparabit, illamque his longe praeferendam esse ostendet. [...] Docet hora VIIma., Wintersemester 1675/1676

[...] In privato auditorio praelectiones in compendium Logices B. Horneii propediem absolvet, atque eandem telam in eorum gratiam, qui nuper accesserunt, denuo exordietur. Suscipiet praeterea octo libb. Topicorum interpretationem, luculentis exemplis ostensurus, quam sit egregius praeclari operis in omni doctrinae genere ac liberaliori vitae consuetudine usus. Tandem nec aliis deerit, qui opera & industria ipsius uti cupiunt., Wintersemester 1675/1676

Henricvs Widebvrgivs primo semestris hujus mense de Philosophiae natura, ejsudemque incrementis, & per varias sectas ad nostram usque aetatem propagatione publice differet. Opera hac ad finem perducta ad Opus Analyticum Aristotelis explanandum revertetur: & postquam priores duos ejsudem libros absolvit, posteriorum interpretationem suscipiet. [...] Docet hora septima., Sommersemester 1676

[...] In privato auditorio universam ratiocinandi artem secundum ductum compendii Logici B. Horneii proponet. [...], Sommersemester 1676

[...] Disputabit etiam, si obtulerint se Respondentes, de selectis Logicae doctrinae capitibus, quae vel ad bonas opiniones mortalium animis comiter instillandas, vel ad veritatem ipsam in lucem proferendam faciunt., Sommersemester 1676

Henricvs Widebvrgivs interpretationem Analyticorum Posteriorum Aristotelis horis [...] tum extraordinariis continuabit: [...] In domestico auditorio compendium Logices B. Horneii explicabit: aliasque operas ita componet, ut Studiosorum Juvenum commodis pro virili inserviat., Sommersemester 1677

Henricvs Widebvrgivs interpretationem Analyticorum Posteriorum Aristotelis horis tum ordinariis, [...] continuabit: eaque ad finem perducta ejusdem Philosophi Organon exotericum publice proponet. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1677

[...] De insignioribus ac in veritatis inquisitione usum habentibus argumentis publice propediem disputabit., Wintersemester 1677/1678

Henricvs Widebvrgivs Publicis lectionibus adhuc versatur in praeclaro sed maxime obscure opere Analyticorum posteriorum illustrando: quam operam ub ad finem perduxerit, librorum quoque Topicorum sensum & usum commonstrabit. [...] Docet hora VII., Wintersemester 1677/1678

[...] In domestico auditorio doctrinae Logicae compendium proponet, & simul de recta demonstrandi ratione diatribas quasidam instituet. [...], Wintersemester 1677/1678

Henricvs Widebvrgivs publicis lectionibus methodum de quolibet proposito problemata in utramque partem probabiliter disputandi explicabit, & genuinum simulusum ostendet propositionum, quas magno numero Aristoteles in libris Topicorum congessit. [...] Docet hora VIII., Sommersemester 1678

[...] In domestico auditorio praecipua universae artis ratiocinandi praecepta juxta ductum Compendii Horneiani tradet, aliisque exercitiis operam suam promte commodabit., Sommersemester 1678

Henricvs Widebvrgivs Dialectices Aristotelicae praecepta, VIII. Topicorum libris proposita, interpretabitur, eorumque varium in disputationibus, commentationibus, atque familiaribus colloquiis usum commonstrabit. [...] Docet hora VII., Wintersemester 1678/1679

[...] In Domestico auditorio compendium doctrinae Logicae proponet: [...], Wintersemester 1678/1679

[...] & publicae simul disquisitioni unam alteramve selectiorem doctrinam, si Respondentes nactus fuerit, exhibebit., Wintersemester 1678/1679

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

[...] privatisque curis unam atque alteram disputationem propediem adjiciet: nec in alio liberalioris doctrinae genere operam desiderantibus industriam suam probare intermittet., Sommersemester 1679

[...] Publicis his [...] curis unam atque alteram disputationem propediem adjiciet: nec in alio liberalioris doctrinae genere operam desiderantibus industriam suam probare intermittet., Sommersemester 1679

Henricus Wideburgius postremos quinque Topicorum libros proponet, eorumque cumprimis usum luculentis praeceptionibus ostendet, atque insignioribus exemplis illustrabit. [...] Docet hora VIIma., Sommersemester 1679

[...] In domestico auditorio non modo universam ratiocinandi artem ad ductum compendii cujusdam selectioris κατὰ σύνοψιν denuo tradet: verum quoque Analyticam sive solidam docendi discendisque rationem, peculiaribus diatribis explicabit. [...] , Sommersemester 1679

[...] In domestico auditorio Analyticam de recta demonstrandi ratione doctrinam ex ipsis Aristotelicis fontibus explicabit: nec aliis Philosophiae ac liberalioris doctrinae Studiosorum desideriis deerit., Wintersemester 1679/1680

Henricus Wideburgius primis duabus hebdomadis cujusq; horis Logices doctrinam privatis Lectionibus hactenus traditam publicis disquisitionibus repetet: reliquis vero eruditem Cornelii Martini libellum de Analysi formae & materiae proponet, ejusque observationes exemplis e divinae humanaeque sapientiae disciplinis depromtis illustrabit, ac iisdem alias notatu dignas adjiciet. [...] Docet hora VII., Wintersemester 1679/1680

In domestico auditorio [...] horis [...] pomeridianis vero Topicorum Aristotelis librorum & sensum & usum perspicue interpretabitur., Sommersemester 1680

Proponet quoque alia nona, quibus bonae mentes ad solidam sapientiam & egregiam eruditionem tum recte praeparari, tum plenius imbui debent: de quibus ut omnibus constet, eorundem argumenta loco ac tempore consueto matuere significabit., Sommersemester 1680

Henricus Wideburgius universi Organi Aristotelici summam concisi aphorismis ὡς ἐν ἐπιτομῇ comprehensam tradet, ac singulorum praeceptorum legitimum trisum insignioribus e sacra atque externa doctrina petitis exemplis commonstrabit. [...] Docet hora VII. , Sommersemester 1680

In domestico auditorio [...] compendium Dialectices B. Horneji [...] perspicue interpretabitur., Sommersemester 1680

In domestico auditorio [...] horis matutinis Analyticorum [...] Aristotelis [...] librorum & sensum & usum perspicue interpretabitur., Sommersemester 1680

In domestico auditorio compendium doctrinae Logicae denuo exponet: ac fidem, quam de aliis exercitiis, tum examinatoriis tum disputatoriis Studiosis, Civibus nonus dedit, abunde liberabit., Wintersemester 1680/1681

Ipsam praeterea doctrinam Logicam, XXX. Disputationibus comprehensam publice examinandam proponet: quam operam uni edito Programmate significarit, proprediem ejusdem bono cum Deo faciet initium., Wintersemester 1680/1681

Henricus Wideburgius Organon Acromaticum, IV. Analyticorum libris ab Aristotele traditum, eadem methodo interpretabitur, qua hactenus in explicanda parte organi exoterica usus est. [...] Docet hora VII., Wintersemester 1680/1681

Henr. Wideburgius praeclaram de Demonstratione doctrinam ex Aristotele, Galeno aliisve optimis Philosophiae interpretibus proponet, operam daturus, ut solidam docendi discendique rationem auditores accurate cognoscant. [...]. Docet hora VII., Sommersemester 1681

[...] Disputationibus Logicis publicis, quarum superiori semestri duodecim priores absolvit, totidem

alias adjiciet. [...], Sommersemester 1681

[...] In domestico auditorio compendium doctrinae Logicae denuo tradet, ac varia subinde exercitia Academica, Studiosorum juvenum profectibus accommodata, instituet., Sommersemester 1681

Domesticas quoque diatribas desideriis & commodis studiosorum sedulo accomodabit., Wintersemester 1681/1682

Henricus Wideburgius methodum vitia Syllogismorum tum in Forma, tum in materia, tum utrobique peccantium, deprehendendi & detegendi proponet, ac grata exemplorum insignium varietate illustrabit., Wintersemester 1681/1682

Disputationes sive a semetipso conscriptas, sive a Studiosis exercitii gratia consignatas, ut antehac, sic deinceps lubens instituet: modo fuerint qui Respondentium munere fungi voluerint., Wintersemester 1681/1682

Disputationes publicas, quibus universam ratiocinandi artem complecti coepit, continuabit, ac ad finem perducet., Sommersemester 1682

In domestico auditorio non tantum doctrinam Logicam ἐν ἐτιτομῇ, sed Analyticam quoque artem explicabit, nec in aliis sapientiae ac liberalioris doctrinae partibus interpretandis studiosorum juvenum desideriis deerit. , Sommersemester 1682

Henr. Wideburgius Topicam seu Dialecticam Organi Aristotelici partem a Studiosis nonis rogatus denuo proponet, ejusque cumprimis usum copiose ac luculenter commonstrabit., Sommersemester 1682

Henricus Wideburgius in operis Topici Aristotelici sensû & usû explanando progredietur: quam operam ubi ad finem perduxerit, processum disputandi, qualis ab aliquot seculis ille jam obtinet, commonstrabit, atque praecepta Dialectices Aristotelicae ad eundem accommodabit., Wintersemester 1682/1683

In domestico auditorio tum alia quaedam, tum imprimis artem Analyticam tradet, eamque exemplis illustrioribus ex omni disciplinarum genere petitis illustrabit., Wintersemester 1682/1683

In domestico auditorio, praeter integram ratiocinandi artem ὡς ἐν ἐπιτομῇ proponendam seorsim methodum demonstrandi ex Analyticis posterioribus Aristotelis perspicue tradet. , Sommersemester 1683

Henricus Wideburgius postquam genuinam disputandi methodum superiori semestri exposuit, improbam ac illaudabilem Sophisticam examinabit, quam seculo hoc in Gallia Jesuitae, in Germania cumprimis Apostatae quidam Artis novae elogio Protestantibus ausi fuerunt. Suae autem professionis memorid unice aget, ut eandem cum ipsis divinibus nobis insitis principiis aperte pugnare ostendat, ê quibus de legitima disputandi docendiq[ue]; ratione judicari debet horumq[ue]; ductu praecipua fundamenta convellat, quibus Gonterius, Veronius, Mocquetius, Nihusius, Walenburchii fratres, aliiq[ue]; his similes Sophistae, nutantem musteae hujus artis molem superstruere sunt conati. Opera isthac ad finem perducta, de quorumvis autorum scriptis justa analysi retexendis, rationibusque probe ponderandis differet. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1683

Henricus Wideburgius artem Analyticam seu rectam demonstrandi methodum proponet, & postquam opus Analyticum Aristotelis non paucis locis mutilum ad nos pervenit, ea adjiciet, quae illi deesse, ad integritatem vero atque usum nobilissimae artis requiri videntur. [...] Docet hora VII., Wintersemester 1683/1684

In domestico auditorio alia tradet, quae tum ad rationcinandi artem, tum ad alias humanae eruditionis partes illustrandas faciunt; promtam simul operam exhibiturus iis, qui de insignori quodam argumento publice disputare voluerint., Wintersemester 1683/1684

[...] In auditorio domestico praeter artis ratiocinandi compendium alia nona tradet, quorum solida cognitione animi praestentissimorum Juvenum ad publicos usus mature ac diligenter imbui debent: [...], Sommersemester 1684

[...] nec iis deerit qui egregiorum profectuum specimen disputando publice edere voluerint., Sommersemester 1684

Henricus Wideburgius ad ductum disputationum Logicarum, quas biennio abhinc edidit, praecipuas ac usui accommodatas disciplinae hujus controversias priori cujusque hebdomadis biduo differendo explicabit, altero vero easdem examini publico subjiciet. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1684

Henricus Wideburgius superiori semestri insigniorum controversiarum Logicarum pertractationem suscepit, quam deinceps continuabit, & ad finem perducet: [...] Docet hora VII., Wintersemester 1684/1685

[...] copia simul facta auditoribus ut disputationibus publicis in eorum veritatem inquirant, quae lectionibus ipsis proposita fuerunt. [...], Wintersemester 1684/1685

[...] In domestico auditorio artis ratiocinandi compendium denuo tradet, & alia quaedam proponet, quae accurate didicifle e re studiosae juventutis esse novit., Wintersemester 1684/1685

Henricus Wideburgius Methodum disputandi proponet, ac exemplis insignioribus, e Colloquiis publicis ac celeberrimorum virorum scriptis depromptis ita illustrabit, ut Auditores & usum praeceptorum Logicorum plenius percipiant, & in doctorum hominum monumentis maturo judicio examinandis, nec non controversiis prudenter disjucandis eadem adhibere adfuescant. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1685

Domi Compendium Logices B. Horneji, nuper aliqua accessione auctius ab se editum, explicabit [...]., Sommersemester 1685

[...] operamq[ue] suam prompte praestabit iis, qui vel disputando ingenii vires periclitari, vel examine instituto repetere voluerint, quae jam recte didicerunt., Sommersemester 1685

Henricus Wideburgius esti Vice-Rectoratus Academici negotiis multum occupetur, omnibus tamen horis lectionis publicae destinatis, quas nactus fuerit vacuas, perget doctrinam de recta disputandi ratione praeceptis & exemplis illustrare: qua opera ad finem deducta doctrinam de Analysi publice tradet, methodum propositurus, cujus ductu aliorum scripta cum judicio legi & expendi debeant. [...] Docet hora VII., Wintersemester 1685/1686

In domestico auditorio summa artis ratiocinandi capita repetet., Wintersemester 1685/1686

[...] nec deerit eorum desideriis, qui intra privatos parietes, vel in cathedra publica disputando ingenii vires periclitari voluerint., Wintersemester 1685/1686

Domi artis ratiocinandi praecepta juxta ductum Compendii Logici B. Horneji tradet, aliisve studiosorum juvenum exercitiis operum suam ea, qua par est, fide et industria commodabit., Sommersemester 1686

Henricus Wideburgius doctrinam Analyticam ex Aristotele, ac optimis ejus tum Graecis tum Latinis Interpp. proponet, operam daturus, ut Auditoribus regiam commonstret viam, qua sola errorum tenebris ac opinionum umbris evitatis ad claram scientiae seu solidae doctrinae lucem in quaecunque disciplina pervenire licet. [...] Docet hora VII., Sommersemester 1686

Henricus Wideburgius Postquam superiori semestri Analyticam artem absolvit, Dialecticam deinceps tradet, operam daturus ut vim atque usum ejusdem in omni liberale doctrinam longe maximum Auditores probe percipiant. [...] Docet hora VII., Wintersemester 1686/1687

[...] In domestico auditorio integrae artis ratiocinandi compendium explicabit: nec alibi studiosorum Juvenum commodis ac desideriis deerit., Wintersemester 1686/1687

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

Henricus Wideburgius Usum totius ratiocinandi artis exemplis insignioribus publice illustrabit, ac simul in auditorio domestico ipsa artis praecepta methodo plana ac facili proponet. […] Docet hora VII., Sommersemester 1687

[…] Lectionibus hisce publica disputationum exercitia junget, nec aliis studiosorum juvenum desideriis operam atque industriam denegabit., Sommersemester 1687

Henricus Wideburgius Usum doctrinae Logicae superiori semestri Auditoribus commonstrare coepit: quas praelectiones deinceps continuabit atque ad finem perducet. […] Docet hora VII., Wintersemester 1687/1688

[…] In domestico auditorio artis ejusdem compendium explicabit, & […], Wintersemester 1687/1688

[…] simul praecipua illius capita singulis hebdomadibus singulis disputationibus publice ventilanda proponet., Wintersemester 1687/1688

Henricus Wideburgius doctrinam de Syllogismo in genere, ejusque speciebus, Demonstrativo ac Dialectico, variis insignioribus exemplis illustrabit, operam daturus, ut auditores genuinum ac plenum omnis hujus πραγματείας usum recte addiscant. […] Docet hora VII., Sommersemester 1688

[…] In domestico auditorio praeter ratiocinandi artem alias praeclarae doctrinae partes proponet, […]., Sommersemester 1688

[…] ac privata […] disputationum aliaque exercitia porro sedulo urgebit., Sommersemester 1688

[…] ac […] simul atque publica disputationum aliaque exercitia porro sedulo urgebit., Sommersemester 1688

Henricus Wideburgius postquam absolvit quae non multa circa usum Logices commonstrandum restant, artem Analyticam in auditorio publico tradet: Docet hora VII., Wintersemester 1688/1689

[…] in domestico vero ipsum Aristotelis Organon explicabit, […], Wintersemester 1688/1689

[…] aliisque tum examinatoriis tum disputatoriis exercitiis Philosophiae Studiosorum commoda pro virili promovebit., Wintersemester 1688/1689

Henricus Wideburgius methodum disputandi publicis lectionibus, proponet eamque grata ac utili exemplorum copia illustrabit. Ne vero iis desit, qui integram ratiocinandi artem cognoscere satagunt […]. Docet hora VII., Sommersemester 1689

[…] utramque Organi Aristotelici partem, Analyticam & Topicam, domi tradet: operam daturus, ut Auditores & praecepta ipsa & eorundem vim atque usum recte percipiant., Sommersemester 1689

Nec disputationum exercitia, ubi Respondentes sese obtulerint, negliget., Sommersemester 1689

Henricus Wideburgius insigniores controversias, quae in doctrina Logica excitari solent, excutiet: hoc tamen discrimine studiose ubique observato, ut otiosis multorum liticulis sepositis, non nisi eas proponat quaestiones, quae ad usum atque perfectionem nobilissimae Artis pertinent. Docet hora VII., Wintersemester 1689/1690

In domestico auditorio praecipua Logices capita, alIiaque ad sapientiam & preaeclaram doctrinam pertinentiam tradet: nec iis deerit, qui sive disputationem sive examinum exercitiis institutis suos in Philosophia profectus vel augere, vel confirmare voluerint., Wintersemester 1689/1690

Henricus Wideburgius quae publice propositurus sit proprediem significabit. […] Docet hora VII., Sommersemester 1690

In domestico auditorio docendo, disputando & examinando praeclaros studiosorum Juvenum conantus deinceps quoque; ea, qua poterit, industria, adjuvare studebit., Sommersemester 1690

Henricus Wideburgius artis ratiocinandi praecepta ἐν ἐπιτομῇ ductum Compendii Dialectices B.

Horneii proponet. , Wintersemester 1690/1691

In auditorio domestico usum praecepturum Logicorum seorsim ostendet, nec iis deerit, qui vel examinum vel disputationum exercitiis profectus suos confirmare voluerint., Wintersemester 1690/1691

Henricus Wideburgius Locorum Theologicorum explicationem, quam nuper exorsus est, continuabit.[...] Docet hora quarta pomeridiana., Sommersemester 1691

[...] Privatim dicta scripturae S. insigniora, quibus Fidei dogmata confirmantur, expendet, atque ab adversariorum depravationibus vindicabit: [...], Sommersemester 1691

[...] aliisve lectionibus ac exercitiis dogmaticis, Homileticis, examinatoriis & disputatoriis Studiosorum desideriis satisfaciet., Sommersemester 1691

[...] In domestico auditorio tum alia exercitia, tum lectiones de Concionibus habendis, & reliquis partibus officii Ministrorum Ecclesiae propediem auspicabitur., Wintersemester 1691/1692

Henricus Wideburgius Locorum Theologicorum expositionem publice & privatim continuabit: ac simul doctrinam Christianam ad ductum articulorum proponet. [...] Docet hora quarta., Wintersemester 1691/1692

Henricus Wideburgius Explicationem Locorum Theologicorum continuabit, thesin orthodoxam perspicue explicaturus, & pro instituti ratione dictis S. Scripturae & Venerandae Antiquitates Ecclesiasticae testimoniis contra erroneas & fanaticas opiniones communiturus. [...] Docet hora quarta., Sommersemester 1692

In domestico auditorio examinum ac disputationum exercitiis dogmata Theologia repetet, atque ad artis Homileticae praxin auditores manuducet [...]. Docet hora quarta., Sommersemester 1692

[...] nec non publice disputaturis operam promte commodabit. Docet hora quarta., Sommersemester 1692

Henricus Wideburgius Locorum Theologicorum explicationem continuabit, operam daturus, ut hoc semestri eosdem ad finem perducat. [...] Docet hora tertia pomer., Wintersemester 1692/1693

[...] In auditorio domestico dogmata sacra ἐν ἐπιτομῇ repetet, ac exercitia examinatoria & disputatoria instituet: futuros quoque Ecclesiae ministros ad munus sacrum aliquando cum fructu obeundum praeparabit., Wintersemester 1692/1693

Henricus Wideburgius D. Explicationem Locorum Theologicorum ad finem perducet. [...] Docet hora tertia pomer., Wintersemester 1693/1694

In domestico auditorio dogmata sacra ἐν συνόψει tradet, eaque examinum ac disputationum exercitiis repetet: atque ad artis Homileticae praxin auditores manuducet. , Wintersemester 1693/1694

Publice de insigniori quopiam sacrae argumento disputaturis operam pormte commodabit. Docet hora tertia pomer., Wintersemester 1693/1694

Henricus Wideburgius D. Explicationem Locorum Theologicorum ad doctrinam de Sacramentis perduxit, quam nuper coeptam ut horis ordinariis, quascunque a negotiis Magistratum Academicum comitari solitis vacuas nactus fuerit, ad finem perducat operam dabit. Munere isthoc divina adminiculante gratia defunctus praecipuos articulos Christianae religionis ad ductum Confessionis Augustanae explicabit, ac disputationibus publicis repetet. [...] Docet hora II., Sommersemester 1694

In domestico auditorio Historiam Ecclesiasticam absolvet, ac positivam Theologiae partem ἐν ἐπιτομῇ proponet, atque exercitiis tum aliis tum Homileticis auditores ad munus Ecclesiasticum aliquando cum animarum profectu obeundum praeparabit: in quorum etiam gratiam Pericopas

Evangelicas in Ecclesia praelegi solitas diebus Solis post finita sacra in publico auditorio explicare perget. , Sommersemester 1694

Henricus Wideburgius D. Confessionem Augustanam, commune Ecclesiarum nostrarum symbolum, explicabit, ejusdemque articulos & jungenda illis corollaria, cum alias tum a fanaticis hoc & superiori seculo mmotas controversias complexa, publicis disputationibus repetet., Wintersemester 1694/1695

In domestico auditorio in usum eorum, qui nuper accesserunt, dogmata Theologica perspicue explicabit, rationem commonstraturus, qua eadem e Scripturis divinis dextre explicari & solide confirmari debent., Wintersemester 1694/1695

Lectioninus hisce junget exercitia tum examinatoria, tum Homiletica, quibus Studiosos Juvenes ad utilem Ecclesiae Christi operam aliquando praestandam praeparabit: in quorum etiam usum sub initium anni coeptam Perico parum Evangelicarum explicationem usque ad finem ejusdem diebus Dominicis & Festis post finita sacra publice continuabit; eaque feliciter absoluta de alia opera sacra deliberabit, qua juvenum in Ecclesiae spem atque solatium succrescentium commoda promovere liceat., Wintersemester 1694/1695

Henricus Wideburgius D. Praelectiones ac Disputationes publicas in Confessionem Augustanam sedulo continuabit, & cum hoc semestri, adjuvante Deo, ad finem perducet. [...] Docet hora IIda., Sommersemester 1695

Henricus Wideburgius D. Theologiam fidei juxta ductum elegantissimae Epitomes Calixtinae proponet, eorum cumprimis consulturus studiis, qui post rudimenta bene percepta ad pleniorem ac solidiorem fidei peritiam deduci debent. [...], Wintersemester 1695/1696

[...] Postquam disputationes publicae in Augustanam Confessionem propediem ad finem erunt deductae, lubens operam praestabit iis, qui simili exercitii genere profesctus suos confirmare atque augere voluerint. [...], Wintersemester 1695/1696

[...] In domestico auditorio dogmata Theologica planis & perspicuis discursibus explicabit, ac Homileticis aliisque exercitiis auditorum ad sacram functionem adspirantium animos praeparabit., Wintersemester 1695/1696

Henricus Wideburgius D. explicationem Epitomes B. Dn. D. Calixtis continuabit. Publicis lectionibus disputationes publicas superiori semestri coeptas adjecturus. [...] Docet hora II., Sommersemester 1696

In domestico auditorio in gratiam eorum, qui animum nunc primum ad sacra studia applicant, Theologiam dogmaticam ἐν συνόψει proponet: ac in usum adultiorum selectiores Controversias tradet. Porro nec eoroum studiis deerit, qui fidem Christianam moresque illa dignos auditoribus de sacro ambone, adminiculante divina gratia persuadendi methodum cognoscere cupiunt. , Sommersemester 1696

## Dissertationen (115)

De Toto Et Parte Collegii Metaphysici Disputatio Decima Quarta, 20.02.1675. VD17 23:257488T

De Syllogismo Dialectico Exercitatio Academica, 11.02.1685. VD17 23:247321S

De Linguis Sacris Dissertatio Peri Ier¯on Gl¯oss¯on, 08.04.1685. VD17 23:237230G

De Recta Disputandi Ratione Exercitatio Academica, 06.08.1684. VD17 23:247218H

De Affectibus  Disputatio Moralis, 31.12.1681. VD17 23:247844E

De Vi Sensuum In Veritate Inquirenda Exercitatio Philosophica, 28.12.1678. VD17 23:247144S

De Modo Sciendi In Qualibet Scientia Prudenter Observando Prima Exercitationum Academicarum,

23.05.1678. VD17 12:172332S

De Recto Nominum In Philosophia Usu Posterioris Sectio Prima Dissertationum Academicarum, 13.02.1675. VD17 23:264470R

De Actu Exercitatio Metaphysica, 11.09.1675. VD17 23:260801G

De Causa Et Causato In Genere Atque Causis Externis In Specie Disputatio Metaphysica, 03.02.1675. VD17 23:260794H

De Bono, Malo, Et Perfecto Collegii Metaphysici Disputatio Decima Octava Et Ultima , 20.03.1675. VD17 23:257505Y

De Vero Et Falso Collegii Metaphysici Disputatio Decima Septima, 17.03.1675. VD17 23:257503H

De Eodem Et Diverso Nec Non Generibus Distinctionum Collegii Metaphysici Disputatio Decima Sexta, 13.03.1675. VD17 23:257497S

De Universali Et Singulari Collegii Metaphysici Disputatio Decima Quinta, 06.03.1675. VD17 23:257492D

De Simplici Et Composito Collegii Metaphysici Disputatio Decima Tertia, 13.02.1675. VD17 23:257484N

De Ente Per se Et Per Accidens Collegii Metaphysici Disputatio Duodecima, 06.02.1675. VD17 23:257480G

De Necessario Et Contingenti Collegii Metaphysici Disputatio Decima, 16.01.1675. VD17 23:257467X

De Causa Finali Collegii Metaphysici Disputatio Nona, 01.09.1675. VD17 23:257462K

de Causa Formali Collegii Metaphysici Disputatio Octava, 30.11.1674. VD17 23:257458Y

De Causa Materiali Collegii Metaphysici Disputatio Septima, 12.12.1674. VD17 23:257456H

De Causa Efficiente Collegii Metaphysici Disputatio Sexta, 18.11.1674. VD17 23:257454T

De Principio Et Causa In Genere Collegii Metaphysici Disputatio Quinta, 04.11.1674. VD17 23:257452C

De Potentia Collegii Metaphysici Disputatio Tertia, 30.09.1674. VD17 23:257436V

De Ente Collegii Metaphysici Disputatio Secunda, 30.09.1674. VD17 23:257434E

De Natura Et Constitutione Metaphysicae. Ex mente potissimum Aristotelis Collegii Metaphysici Disputatio Prima, 19.09.1674. VD17 23:257430Z

De Recto Nominum In Philosophia Usu Prior : Ex Aristotelis & cumprimis Galeni monumentis, ubi licuit, depromta Exercitationum Academicarum, 08.11.1671. VD17 3:018433K

De Iustitia Exercitatio Moralis, 17.05.1671. VD17 23:256436R

De Iure Et Aequitate Exercitatio Moralis, 13.05.1671. VD17 23:256447E

De Amicitia Naturali, Eiusdem Potissimis Speciebus, Et Iure Quod In His Obtinet Exercitatio Moralis, 26.11.1670. VD17 23:256223A

De Operationibus Dei, Intellectione, Ac Gubernatione Huius Universi Exercitatio Philosophica, 26.05.1669. VD17 3:000415Y

De Syllogismo Apatetico Exercitationum Logicarum Decima Octava, 03.08.1688. VD17 23:247311L

[...] De Gloria Domini  Dissertatio Philologica, 28.03.1668. VD17 23:272966B

De Iis Quae In Arca Foederis Asservata Fuerunt Exercitatio Academica, 14.12.1668. VD17 23:272976H

De Summo Hominis Bono Theoretico Exercitatio Philosophica, 31.12.1667. VD17 23:256166U

Peri Aporias Sive de Recta Dubitandi Ratione Exercitatio Dialectica, 25.01.1668. VD17 23:256164D

De Primis Et Communissimis Humanae Cognitionis Principiis Exercitatio Philosophica, 31.05.1667. VD17 23:687620X

De Inductione Dissertatio Logica, 28.03.1666. VD17 23:255916A

De Syllogismo Exercitatio Logica, 20.10.1666. VD17 23:687673C

De Causis Iudicium Practicum Perficientibus Et Conservantibus Nec Non Idem Illud Corrumpentibus Exercitatio Moralis, 30.11.1680. VD17 12:165812R

De Definitione Nominis ea cumprimis quae Notionem explicat Exercitatio Academica, 28.08.1680. VD17 7:643087B

De Gradibus Malitiae Iniuriam Tam Aggravantibus Quam Immuinuentibus ... Exercitationem Moralem, 30.11.1680. VD17 12:000739W

De Uno Collegii Metaphysici Disputatio Undecima, 23.02.1675. VD17 23:257469N

De Syllogismo Apatetico Dissertatio Analytica, 17.03.1678. VD17 1:045244K

De Modo Sciendi In Qualibet Scientia Prudenter Observando Secunda: Praecepta generalia ad usum in scientiis Mathematicis, Naturali, & Practicis transferens Exercitationum Academicarum, 17.05.1679. VD17 12:172337E

De Syllogismo Apodictico Exercitatio Academica, 21.05.1679. VD17 23:247133C

De Actu Collegii Metaphysici Disputatio Quarta, 24.10.1674. VD17 23:257441P

De causa et causato in genere atque causis externis in specie, 1675

De Consequentia tam formali quam materiali, 1675

De Postpraedicamentis, Definitione et Divisione Doctrinam Disputationum Logicarum Quinta, 16.06.1675. VD17 23:690791D

De Novem Accidentivm Praedicamentis Doctrinam Dispvtationvm Logicarum Qvarta, 02.06.1675. VD17 23:690791D

De  Syllogismo Absolvto Doctrinam Dispvtationvm Logicarum Nona, 14.08.1675. VD17 23:690791D

Introdvctionem Ad Logicam Dispvtationvm Logicarum Prima, 24.04.1675. VD17 23:690791D

De Modalibus, Conivnctis, Exponibilibvs Et Svppositione Doctrinam Dispvtationvm Logicarum Octava, 31.07.1675. VD17 23:690791D

Praedicationvm Et Praedicabilivm Doctrinam Dispvtationvm Logicarum Secvnda, 05.05.1675. VD17 23:690791D

De Ante Praedicamentis Et Svbstantia Doctrinam Dispvtationvm Logicarum Tertia, 19.05.1675. VD17 23:690791D

De Enunciatione Eivsqve Absolvtis Doctrinam Dispvtationvm Logicarum Sexta, 26.06.1675. VD17 23:690791D

De Syllogismis Modalibvs, Hypotheticis Et Formis Argumentandi Imperfectis Doctrinam Dispvtationvm Logicarum Decima, 01.09.1675. VD17 23:690791D

De Enunciationum Attribvtis Respectivis Svbalternatione, Oppositione, Aeqvipollentia, Et Conversione Doctrinam Dispvtationvm Logicarum Septima, 30.06.1675. VD17 23:690791D

De Topica Et Sophistica Doctrinam Dispvtationvm Logicarum Dvodecima Et Vltima, 18.09.1675. VD17 23:690791D

De Demonstratione Doctrinam Dispvtationvm Logicarum Undecima, 08.09.1675. VD17 23:690791D

De Arte Ratiocinandi In Genere Exercitationum Logicarum Prima, Eaque Prooemialis, 01.10.1687. VD17 23:247311L

De Praedicatione Et Praedicabilibus Exercitationum Logicarum Secunda, 26.10.1687. VD17 23:247311L

De Antepraedicamentis, Praedicamentis In Genere, Substantia Item Et Quantitate Exercitationum Logicarum Tertia, 05.11.1687. VD17 23:247311L

Qvalitate, Et Reliqvis Praedicamentis, Nec Non Postpraedicamentis Exercitationum Logicarum Quarta, 19.11.1687. VD17 23:247311L

De Dialectica Prima Exercitationum Logicarum Quinta, 19.11.1687. VD17 23:247311L

De Dialectica Secunda Exercitationum Logicarum Sexta, 07.12.1687. VD17 23:247311L

De Elenchis Sophisticus Exercitationum Logicarum Septima, 04.01.1688. VD17 23:247311L

De Nomine Et Verbo, Oratione Item Atque Enunciatione In Genere Exercitationum Logicarum Octava, 08.01.1688. VD17 23:247311L

De Affectionibvs Envnciationvm Absolutis Et Respectivis Exercitationum Logicarum Nona, 08.02.1688. VD17 23:247311L

De Envnciationibvs Modalibus, Exponibilibus, Et Compositis Exercitationum Logicarum Decima, 08.03.1688. VD17 23:247311L

De Syllogismo, Tribvs Eivs Figuris, Reductione, Et Expositione Exercitationum Logicarum Undecima, 31.05.1688. VD17 23:247311L

De Syllogismo Modali, Exponibili, Et Composito, Ut Et De Enthymemate, Inductione, Exemplo, Sorite, Et Dilemmate Exercitationum Logicarum Duodecima, 29.02.1688. VD17 23:247311L

De Demonstrationis Fine Exercitationum Logicarum Decima Tertia, 04.07.1688. VD17 23:247311L

De Affectionibvs Praemissarum In Demonstratione Exercitationum Logicarum Decima Quarta, 31.03.1688. VD17 23:247311L

De Praecognitis Et Principiis Demonstrationis Exercitationum Logicarum Decima Quinta, 07.07.1688. VD17 23:247311L

De Definitione Exercitationum Logicarum Decima Sexta, 11.07.1688. VD17 23:247311L

De Gradibvs Demonstrationum Exercitationum Logicarum Decima Septima, 25.07.1688. VD17 23:247311L

De Philosophia In Genere Collegii Logici: Disputatio Prima, 09.10.1680. VD17 7:642909K

De Logices Natura Et Constitutione Collegii Logici: Disputatio Secunda, 31.10.1680. VD17 7:642914C

De Praedicabilibus Collegii Logici: Disputatio Quarta, 11.12.1680. VD17 7:642918H

De Antepraedicamentis Collegii Logici: Disputatio Quinta, 18.12.1680. VD17 7:642920D

De Praedicamentis In Genere, Tum Quoque De Substantia Et Quantitate Collegii Logici: Disputatio Sexta, 24.12.1680. VD17 7:642925S

De Praedicamentis Reliquis Collegii Logici: Disputatio Septima, 31.12.1680. VD17 7:642927G

De Postpraedicamentis Collegii Logici: Disputatio Octava, 31.12.1680. VD17 7:642933H

De Nomine Et Verbo Collegii Logici: Disputatio Nona, 31.01.1681. VD17 7:642937P

De Enunciationum Qualitate Et Quantitate Collegii Logici: Disputatio Decima, 31.01.1681. VD17 7:642946N

De Subalternatione, Oppositione, Aequipollentia Et Conversione Collegii Logici: Disputatio Undecima, 31.01.1681. VD17 7:642947V

De Enunciationibus Modalibus, Coniunctis, Exponibilibus Et Suppositione Collegii Logici: Disputatio Duodecima, 28.02.1681. VD17 7:642954D

De Syllogismorum Natura, Fundamento, Figuris Ac Modis In Genere Collegii Logici: Disputatio Decima Tertia, 27.04.1681. VD17 7:642960E

De Tribus Syllogismorum Figuris Ac Duarum Posteriorum Per Inductionem Et Expositionem Probatione, Syllogismis Item Ostensivis Ac Ex Hypotheso Concludentibus Collegii Logici: Disputatio Decima Quarta, 15.07.1682. VD17 7:642963C

De Syllogismis Modalibus, Coniunctis, Enthymemate, Dilemmate, Sorite, Inductione, Exemplo Et Exponibilibus Collegii Logici: Disputatio Decima Quinta, 22.07.1682. VD17 7:642979E

De Demonstratione Prima Respondens Barthol. Viotti de Demonstratione libro primo Collegii Logici: Disputatio Decima Sexta, 29.07.1682. VD17 7:642995N

De Demonstratione Secunda Respondens Barthol. Viotti de Demonstratione libro secundo Collegii Logici: Disputatio Decima Septima, 05.08.1682. VD17 7:643001D

De Demonstratione Tertia Respondens Barthol. Viotti de Demonstratione libro tertio Collegii Logici: Disputatio Decima Octava, 19.08.1682. VD17 7:643003U

De Demonstratione Quarta Respondens Barthol. Viotti de Demonstratione libro quarto Collegii Logici: Disputatio Decima Nona, 26.08.1682. VD17 7:643005K

De Demonstratione Quinta Respondens Barthol. Viotti de Demonstratione libro quinto Collegii Logici: Disputatio Vigesima, 02.09.1682. VD17 7:643017F

De Facultate Dialectica Prima Collegii Logici: Disputatio Vigesima Prima, 07.09.1682. VD17 7:643021S

De Facultate Dialectica Secunda Collegii Logici: Disputatio Vigesima Secunda, 18.10.1682. VD17 7:643024Q

De Facultate Dialectica Tertia Collegii Logici: Disputatio Vigesima Tertia, 21.10.1682. VD17 7:643028V

De Elenchis Sophisticis Collegii Logici Disputatio Vigesima Quarta eaque ultima, 11.11.1682. VD17 7:643033P

De jure et aequitate, 13.05.1671. VD17 23:256447E

De gradibus malitiae injuriam tam aggravantibus quam imminuentibus, 30.11.1680. VD17 12:000739W

De amicitia ejusque cumprimis origine, incremento, decremento et interitu, 31.03.1682. VD17 23:688154Z

Disputatio theologica  De ministris ecclesiae prima, 16.03.1692. VD17 23:252228W

Dissertatio theologica De perfectione hominis renati in hac vita a peccatis non prorsus immuni, 10.09.1692. VD17 12:164700K

Exercitatio theologica De ministris ecclesiae sacrum eorum munus cum ab aliorum, tum praecipue fanaticorum hodiernorum calumniis quibusdam vindicans, 04.04.1694. VD17 1:054633R

Disputatio theologica  De unione personali duarum naturarum in christo, 05.05.1694. VD17 12:176928F

Disputatio inauguralis theologica  De scripturarum sacrarum divina inspiratione, 18.06.1695. VD17 23:252222A

Disputatio theologica inauguralis   Qua theologicae fanaticae fundamentum de tribus partibus hominis corpore anima et spiritu, 20.06.1695. VD17 23:253624S

Disputatio theologica De imperfecta renatorum et justificatorum in hac vita perfectione, 26.10.1695. VD17 23:253624S

Exercitationum theologicarum quibus Non renatos quoque et impios scripturam sacram legentes verum ejusdem sensum assequi posse ostenditur prior, 31.03.1696. VD17 12:143849Y

Exercitationum theologicarum quibus Non renatos quoque et impios scripturam sacram legentes verum ejusdem sensum assequi posse ostenditur posterior, 31.03.1696. VD17 12:143849Y

Disputationum Theologicarum Decima  De Lapsu Primorum Hominum Ac Peccato Originali , 1696. VD17 12:620366C

Disputationum Theologicarum Nona De Pactis Quae Deus Cum Hominibus Iniit Et Imagine Dei , 1696. VD17 12:620358M

Disputationum Theologicarum Octava  De Angelis Bonis Et Malis, 1696. VD17 12:207728D

## Beteiligung an Dissertationen (6)

Gratulant in: Heinrich Wiedeburg (Präses): De Syllogismo Dialectico Exercitatio Academica, 11.02.1685. VD17 23:247321S

Gratulant in: Heinrich Wiedeburg (Präses): De Recta Disputandi Ratione Exercitatio Academica, 06.08.1684. VD17 23:247218H

Respondent in: Frölingius Andreas (Präses): Peri Metabase¯os Eis Allo Genos Seu De Saltu In Aliud Genus Disputatio Analytica , 06.09.1662. VD17 14:674373V

Gratulant in: Wiedeburg Heinrich (Präses): De Causis Iudicium Practicum Perficientibus Et Conservantibus Nec Non Idem Illud Corrumpentibus Exercitatio Moralis, 30.11.1680. VD17 12:165812R

Respondent in: Gerhard Tietz (Präses): Disputatio theologica  De sufficientia sacrae scripturae seclusis tradÃtionibus pontificiorum, 31.01.1665. VD17 23:651500T

Respondent in: Gebhard Theodor Meyer (Präses): Disputatio inauguralis theologica De lumine salutifero omnibus hominibus congenito fanaticis opposita, 31.10.1692. VD17 23:234415E

## Reden und Programme (17)

Heinrich Wiedeburg: Programma Praecipuos Fanaticorum Characteres Ex Historia Seculi superioris exhibens Lectionibus Et Disputationibus In Articulos Augustanae Confessionis . VD17 23:277597D

Heinrich Wiedeburg: Programma In Funere Honoratissimae & virtutum cultu ornatissimae Matronae Annae Köhterinn ... Dn. Francisci Cunonis ..., 12.04.1694. VD17 23:262242S

Heinrich Wiedeburg: Programma Henrici Wideburgii, Logices Professoris Publ. Ordin. Disquisitonibus Logicis publice instituendis praemissum. VD17 23:247313A

Heinrich Wiedeburg: Henrici Wideburgii Logices Prof. Publ. Ordin. Programma Quo Studiosos Iuvenes ad Artis Novae seu Veronianae Examen invitat. VD17 7:643072G

Heinrich Wiedeburg: Oratio Funebris Memoriae Maxime Reverendi, & Excellentissimi Viri Dn. Gerhardi Titii, S. Theol. Doctoris & Professoris in Academia Iulia Celeberrimi, Venerandae Facultatis Theologicae Senioris, 21.06.1681. VD17 14:071550U

Heinrich Wiedeburg: Programma Henrici Wideburgii Philosoph. Ac Opt. Art. Mag. ... Disquisitionibus Logicis publice instituendis praemissum, 07.10.1680. VD17 23:234147Y

Heinrich Wiedeburg: Programma Henrici Wideburgii Logices Prof. Publ. Ord. Disquisitionibus Logicis publice instituendis praemissum : Quo varia librorum Topicorum Aristotelis fortuna, quidve circa illos potissimum sit hactenus praestitum, exponitur. VD17 23:234144A

Heinrich Wiedeburg: Programma quo postquam Serenissimorum Potentissimorumque Ducum Brunsvicensium Ac Lunaeburgensium clementissimo decreto In Illustri Academia Iulia Publicam & Ordinariam Logices Professionem nuper susceperat Liberalioris doctrinae Studiosos ad praelect, 09.05.1675. VD17 23:258556T

Heinrich Wiedeburg: Henrici Wideburgii Oratio exponens Praecipuas Causas Quae Prae Aliis Disciplinis Metaphysicam Plurimis Controversiis Impeditam Obscurarunt, 23.12.1674. VD17 23:258620H

Heinrich Wiedeburg: Disquisitionibus Metaphysicis publice instituendis praemissum, 06.09.1674. VD17 23:258402Z

Heinrich Wiedeburg: Programma Festo Pentecostes in Academia Julia, 27.05.1694

Heinrich Wiedeburg: Oratio Christophori Tobiæ Wideburgii Oratio : prædicans Seculi Nostri Felicitatem In Detegendis IIS Quae Priscis Mathematicis In Coelo Fuerunt Incognita ...

Heinrich Wiedeburg: Programma In Festo Natalis Domini Et Servatoris Nostri Iesu Christi

Heinrich Wiedeburg: Prorectoris Et Senatus Academiae Iuliae Programma, 12.11.1693

Heinrich Wiedeburg: Programma Lectionibus publicis praemissum, 11.01.1674. VD17 23:258626D

Heinrich Wiedeburg: Programma disquisitionibus logicis publicè instituendis praemissum

Heinrich Wiedeburg: Programma Lectionibus publicis praemissum In Academia Julia, 30.10.1679

## Beteiligung an Reden und Programmen (2)

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Programma Memoriae Maxime Reverendi atque Amplissimi Viri Dn. Henrici Wideburgii ..., 24.05.1696. VD17 23:261153W

contributor in: Heinrich Wiedeburg: Programma Praecipuos Fanaticorum Characteres Ex Historia Seculi superioris exhibens Lectionibus Et Disputationibus In Articulos Augustanae Confessionis .... VD17 23:277597D

## Zitierhinweis

Prof. Heinrich Wiedeburg. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: https://uni-helmstedt.hab.de/prof-242-wiedeburg [03.07.2026]